

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Dominica xxij. post penteco.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

pater meus cælestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo. ] adiunxit, [ de cordibus uestris. ]

## DOMINICA XXIII. POST PEN

tecosten, ad Philippen. iiiij. & iiij.

**F**ratres, Imitatores mei estote, id ē, me imitamini. Imitatio est, cuiuscunq; rei quedam imaginatio. & imitari, est seq. & est sensus: si Christum non potestis imitari & sequi, saltem me imitamini discipulum eius in fide, in opere, in doctrina: ut sicut ego credo, operor, doceo: ita & uos credatis, operemini, docearis. [ & obseruate eos, ] id est, imiramini. Hoc uerbū quod est obseruare, uarias obtinet significaciones. Aliquando significat declinare & cauere, ut ibi: Obseruate eos qui dissensiones & offendicula faciunt, id est, declinare ab eis. Aliquando insidias moliri, ut ibi: Obseruabant eum, id est, insidias tendebat. Aliquando imitari, ut hic: Obseruate eos, id est, imitamini tales qui formam doctrinæ nostræ habet, qui ita credunt, uiuunt & docent: [ qui ita ambulant, ] qui ita uiuunt sicut ego. [ sicut habetis formam ] nostram, id est, formam doctrinæ nostræ. [ Multi enim ambulant, ] id est, non recte uiuunt, sicut pseudo apostoli, [ quos saepe dicebam uobis ] cauendos esse, cum apud uos essem præsens. [ nunc autem & flens dico. ] Imitanda est charitas Apostoli, qui etiam ini<sup>1</sup> R.e.15. micos crucis Christi deslebat, sicut Samuel inimi- & 16. cum suum Saul, & sicut idem Apostolus Corin- 2.Cor.12 thios alibi, qui post fornicationē non egerant pœnitentiā. Inimicos crucis Christi, appellat Iudeos & alios infideles, qui dicebant non posse hominem

RR

saluari per fidem dominice passionis in sempiter  
num sine circuncisiōe. [quorū finis,] id est, mors  
vitæ præsentis[ Interitus. ] Interitus est illis & per  
ditio æterna, qui cum ab hac vita trāsierint, traden  
tur pœnis sempiternis:[ quorum deus uenter est,] id e st, declinare ab illis, quorum uenter est deus il  
lorum, hoc est, qui ideo prædicant, ut ventrem su  
um possint implere [& gloria in confusione ipso  
rum,] id est, inuercundo & pudendo membro ge  
nitali gloriantur se circūcisos esse. [qui terrena sa  
piunt,] id est, qui legem non spiritualiter, sed terre  
ne intelligūt, uel qui carnalem circumcisionem in  
se & in alijs obseruare uolunt. [ Nōstra autem cō  
uersatio in cælis est. ] Spiritualia curantes, agere di  
cuntur in cælis, cum ipsi adhuc sint in terris. Chri  
stianorum ergo actus in cælis sunt, ubi spes salutis  
eorum est, qui est Christus. [ unde etiam saluato  
rem expectamus] subauditur, uenturum ad iudici  
um, [ dominum nostrum Iesum Christum, qui re  
formabit,] id est, resuscitatib[ corpus humilitatis  
nostræ. ] Corpus nostrū humilitatis est, quod per  
mortem in puluerem & uermes humiliari potest.  
Istud corpus primum formauit in utero materno,  
sed iterum reformabit illud per gloriam resurre  
ctionis, [ configuratum corpori,] id est, assimilatū  
corpori illius in gloria & immortalitate [ clarita  
tis suæ,] id est, illam claritatem habebūt corpora  
sanctorum post diem iudicij, quam habuit corpus  
Christi clarificatum in monte, quia similes ange  
lis eius erunt, [ secundum operationē qua possit,]  
id est, potest uel potuit, etiam subiçere sibi omnia. [  
Poterat aliquis dicere: Q uomodo poterit corpo  
ranostra reformare, quæ a uermibus erunt corrū

pta & in puluerem redacta? Ad hæc B. Paulus apostolus: Secundum, inquit, illam potestarem, quæ semetipsum tertia die resuscitavit: & quæ sibi potuit omnia subiucere, corpora etiam nostra in die iudicij reformabit ad claritatē suā. Itaq; fratres mei charissimi. ] in fide, in dilectione, [& desideratissimi] mi, ] in opere uel aspectu. [gaudium meū] in presenti. ] & corona mea ] in futuro. Gaudeo in praesenti tempore de uobis, & coronabor in futuro, qd uos deo acquisui. sic state in domino charissimi, id est, sic perseverate in fide, in opere, in doctrina, sicut a me audistis & uidistis. Euodiam rogo & Syntychen deprecor. ] Euodia & Syntyche iapietes & religiosæ mulieres erant apud Philippenses, quæ prædicabant domi suæ in suo sexu paruulos etiam & paruulas, non tamē in ecclesia: quia idem Apostolus hoc prohibet, ut mulieres in ecclesia raccant. Id ipsum sapere in domino, subauditur, quod nos sapimus ego aliq; fideles, qui ita credunt perfecte & sapiunt, sicut ego. Etiam rogo & te Germane compar, id est, comes in officio & fide. Germanus comes erat illius in fide uel in officio prædicationis, & tamen diuines. Ideoq; præcipit, ut ipse q; abundat opibus, si necesse est, præberet auxilium in uictu & in uestimento illis mulieribus. uel etiam, ut in prædicatiōe adiuaret illas. [Aduua illas, ] subauditur, supra memoratas. [quæ mecum laborauerunt in euangelio ] subauditur, docentes in suo sexu, [cum Clemente.] Clemens philosophus fuit, sed postea discipulus apostolorum Petri & Pauli factus, præfuit ecclesiæ Romanae præsul, & p Christi nomine in mare est præcipitatus.

RR. ii

& cæteris adiutoribus meis, quoru[m] nomina sunt  
in libro uitæ, id est, in memoria dei Ne Philippenses grauiter acciperent, quod omnium illorum nomina in hac epistola non continerentur, ideo subiunxit: Et cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uitæ. & est sensus: Philippenses, nolite grauiter ferre, quod omnes uos in epistola mea non nominaui: quonia[m] e[st] in mea epistola non estis scripti, in libro tamen uitæ continemini, quia mei adiutores estis. Iste est liber uitæ, de quo d[omi]n[u]s dicit: Gaudete q[uod] nomina uestra scripta sunt in cælo, id est, in memoria omnipotentis dei.

Luc. 10.

DOMINICA XXIII. POST PEN  
TECOSTEN. Matthæi XXII.

In illo tempore Abeunt[ur] pharisei, consilium inierunt, ut caperent Iesum in sermone. Et reliqua.



Luc. 2. **A**b eo tempore quo totius mundi monarchia sub unius hominis principatu redacta est, propter pacem & concordiam seruandam in populis, statutum est, ut unusquisq[ue] cœlum capit[us] sui redde-ret. Guius retestis ē Lucas euangelista, qui tpe quo d[omi]n[u]s & salvator natus est, hanc legem in populum Iudeorum allata[m] descripsit, dicens: Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur uni-

uersus orbis. Super hanc rem autem Cæsar Augustus Herodem Antipatris filium Iudeis præfecit, ut & tributa exigeret, & Romano pareret imperio. Ergo prædicante domino & salvatore nostro, continuo magna inter Iudeos nata quæstio fuerat, propter redditionem census, alijs dicetibus, pro se curitate & quiete, quia Romani principes pro eis militaret, debere tributa solui, ecôrra scribis & phariseis dicentibus, non debere populum dei huma-  
nis legibus esse subiectum, maxime cum decimas & primitias & spontaneas oblationes deo offerret. Et ga scribæ & pharisei (ut sæpe diximus) ad hoc dñm sequebâtur, ut eū uel in ope, uel i sermone reprehendere possent, sub hac occasione consiliū inuenientes, mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personā hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? Ut et censem dare Cæsari, an non?

Quod ideo interrogabant, ut dum unum ex eis quodlibet affirmaret, aut illorum, aut istorū odii incurreret. Ut scilicet, si diceret [licet,] reprehenderetur ab alijs, qui censem dare nolebant, uel uidetur esse contrarius legi dei. Si uero diceret [nō licet,] quasi qui rebellionem contra Cæsarem move cogitaret, a ministris Herodis comprehensus tencretur. Herodianos autem uel ministros Herodis uocat, qui publice uectigalia exigeabant: uel certe illos, quos scribæ & pharisei, quia sponte Herodi tributa soluerent, illudentes, Herodianos uocabant. Et quia (ut dominus ait) scribæ & pharisei

Mat. 23:

RR. iii

Similes erant se pulchris dealbatis, blandā & fraudulentam interrogationem præmittebant, ei dicentes: [Magister, scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & nō est tibi cura de aliquo. Nō enim respicis personam hominum.] Propriū est enim illorum, qui alios fraude decipere conantur, ut prius mentem audientis adulatio[n]ibus demulcent, ut blandimentis prouocatus, non quod uerum est respōdeat, sed quod illi, qui interrogat, placere probauerit. Quod uero illi fraudulenter de domino dicebant, nos firmi & immobili fide credere debemus, illum scilicet uerum ac singulare esse magistrum, a quo procedit omnis sapientia, & cum quo fuit semper & est ante æuum, qui ait in

Iohā.13. euangelio: Vos uocatis me, magister & domine,  
Mat. 23. & bene dicitis sum etenim. Et iterum Nec uocemini  
magistri, quia magister uester unus est Christus.

Psal.115. Ipse autem uerax est, quia (ut ait scriptura) omnis homo mendax, qui ait in euangelio: Ego sum uia, ueritas & uita. Viam quoq[ue] dei in ueritate docuit, quia nec fecellit aliquem, nec falli ab aliquo potuit: quoniam seruantibus quæ præcepit, uerae citē dabit quod promisit. Non etiam respicit personam hominum, quia nec propter pauperatē aliquem abr̄scit, nec propter diuitias aliquem eligit, sed quem in suo ieruicio uiderit deuo:iorē, ipsum efficit sanctiorem. De quo ueracissime Petrus apostolus di-

cit: In ueritate comperi, quoniam non est persona rum acceptor deus, sed in omni gente, qui operatur iustitiam, acceptus est illi. Cæsarem autem, nō Augustum, sed Tiberiū successorem eius, sub quo passus est dominus, intelligere debemus. Omne enim imperatores Romanorum, Cæsares appella-

bantur, a primo Caio Cæsar, q; ob duas causas Cæsar ē nūcupatus, uel q; cæso uerre matris exiit, uel quia cū cæsarie capitis, id est, cū capillis est natus.

Cognita autem Iesus nequitia eorum, dicit: Quid me tentatis hypocritæ?

Sapientia semper sapienter agit. Et primum cogitationes tentatorum denudauit, ut sic salte in eo cogeretur cognoscere diuinitatem. Quoniam proprium est deo cogitationes hominum intueri, scriptura teste, quæ ait: Quæ sunt in corde hominis, oculi tui uident domine. Et recte tentatores suos hypocritarum appellatione redarguit, quia aliud ore proferebant, & aliud in corde retinebant. Hypocrita enim græce, latine simulator dicitur. Quo nomine recte illi censemur, q; aliud seruant interius, & aliud ostentant exterius. Quales erant isti, qui cū domino dicerent, [Magister, scimus quæ uerax es,] eu capere cogitabant in sermone. Qui b<sup>o</sup> adhuc dicitur. Ostendite mihi numisma cœlusa.

Numisma est (ut Isidorus dicit) solidus aureus, uel argenteus, sine æreus. Dicitur enim numisma, quia nominibus principum effigiesq; signabatur.

At illi obtulerunt ei denarium.

Denarius genus erat nummi, qui pro decē nūmis imputabatur, & habebat imaginem Cæsaris expressam, nomenq; superscriptum.

Et ait illis: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. ] Nō ex ignorantia, interrogatio salvatoris descendit, maxime cum manifeste pateret, cuius esset expressa imago in numero, sed tentatores suos interrogauit, ut illis cuius esset imago respondetibus, rationabiliter & absq;

RR. iiiij

reprehensione, quæ dei deo, & quæ Cæsaris, Cæsa-  
ri reddenda esse doceret. Vnde & subditur:

**Et ait illis:** Reddite ergo quæ sunt Cæsa-  
ris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo.] Ac si diceret. Red-  
dite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, id est, tributū,  
uestigia & censum. Et quæ sunt dei deo, id est, deci-  
mas, primitias & spontaneos oblationes. Vnde sub-  
tiliter considerandum, quia sicut Cæsar imaginis  
suæ censum a sibi subditis exigebat, sic deus omni-  
potens imaginis suæ figurā a nobis exacturus est.  
In denario quippe imago regis exprimebatur, ho-  
mo autem secundum interiorē hominem, ad ima-  
ginem & similitudinem deifactus est, ipso domi-  
no dicente: Faciamus hominem ad imaginem &  
similitudinem nostram. Huius imaginis figuram  
in se expressam nouerat, qui dicebat: Signatum est  
super nos lumen uultus tui domine. Quemadmo-  
dum ergo Cæsar denarium, in quo imago eius ex-  
primebatur, a subditis exquirebat, sic deus omipo-  
tens in uiolatam in nobis suam imaginem uult in-  
uenire in pijs actibus, & pijs moribus uel castis. Si  
mulq[ue] etiam considerandum est, quia nisi primus  
homo imaginem dei in se peccando uiolasset, ne-  
quaquam homo homini subiectus esset. Quia in  
initio cum fecisset deus hominem ad imaginem  
& similitudinem suam, non ait: Præsit homo ho-  
minibus, sed dominamini piscibus maris & uola-  
tilibus celi & bestiis terræ. Postquam uero pecca-  
tum inter homines, iurgia, rixæ, & seminarium dis-  
cordia crescere cœpit, ad comprimentam prauo-  
rum hominum insolentiam, præposuit deus homi-  
nibus hominem, ut quos amor dei non prouoca-  
bat ad bonum, saltē timor hominis coegeret a-

Gen. I.

Psal. 4.

Gene. II.

malis. Iam uero Christianorum temporibus diuina prouidentia ordinauit, ut esset in ecclesia dei non solum pastor & pontifex, sed etiam in seculo princeps, ut iste ecclesiam dei uerbis instruar, & ille armis defendat. Et quod iste non potest corriger uerbo, ille feriat ferro. Et qui nolunt ecclesiasticam suscipere disciplinam, prohibeantur a malis per protestatem regiam. Et qui potestati dei non sunt subditi, mundanis legibus constringantur. Et ideo debemus Christianis principibus esse subditi (nisi contra dei uoluntatem nobis imperent) & obediens, ut iuxta saluatoris praeceptum, reddamus quae sunt Cæsaris, Cæsari: & quae sunt dei, deo. Vnde Apostolus admonet nos, dicens. Omibus potestatis sublimioribus subditi estote, quia non est potestas nisi a deo. Quae autem sunt, a deo ordinata sunt. Et qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Et iterum: Redde omnibus debitum: cui tributum, tributum; cui uestigal, uestigal. & cui honorem, honorem; & cui timorem, timorem. Quod non solù dominus uerbis, sed etiam exemplis faciendū ostendit, quando & deo reddidit quae sunt dei, patris factiens uoluntaē: & Cæsari, quae sunt Cæsar, quando pro se & Petro tributum reddere iussit, sicut scriptum est in euangelio: Quia cū accessissent hi qui didrachma accipiebant, ad Petrum, dixerūt ei: Magister uester non soluit didrachma? Et ait, Etiam. Et cum contristatus Petrus intrasset domum, preuenit cum Iesu, dicens: Quid tibi uidetur Simon? reges terræ a quibus accipiunt tributum uel censum? a filijs suis, an ab alienis? Et illo respondentem ab alienis, ait: Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamū.

RR v

Rom. 13

Ibidem.

Matt. 17



**DOMINICA XXV.**

**¶ Pe. 2.** & cum p̄scem qui primus ascēderit, tolle: & aper-  
**¶ idem.** to ore eius, inuenies staterem, illum sumēs, da eis  
pro me & te. Cuius etiam exemplū secūtus idem  
Petrus, discipulos suos per epistolam admonet, dī-  
cens: Deum timete, regem honorificate. Et iterū:  
Subiecti estote omni humanae creaturæ propter  
deum. siue regi, quasi præcellentis: siue ducibus, tan-  
quam ab eo missis ad vindictam malefactorum,  
laudem vero bonorum.

**DOMINICA XXV. POST PEN-**  
tecosten. ad Colossenses I.

**F**ratres, Non cessamus pro uobis orātes  
& postulantes, ut impleamini agnitione  
uoluntatis eius, in omni sapientia & intelle-  
ctu spiritali, ut ambuletis digne, deo p̄ om̄ia  
placētes. ] ¶ Audiens Apostolus deuotā ac prom-  
ptā uoluntatē cordū circa fidē Christi, orat, p̄ eis, ut  
prop̄p̄sus agnita uolūtate dei, ratiōabili opere cō-  
plerent deuotionē, quā audita fide Christi dīdice-  
rāt: ne famē mentis fida dicatio & robur fidei, dum  
incōsulte aliqd at q̄ imperite cōsiceret, laboris sui  
fructum amitteret. Hoc em̄ libenter accepio fer-  
tur, quod deuotus sit animo & prudens.

In omni opere bono fructificantes & cre-  
scentes in agnitione dei, in omni uirtute ro-  
bur accipientes secundum potentiam glo-  
riæ eius, in omni patientia & longanimita-  
tē cum gaudio, gratias agentes deo patri, qui uo-  
cauit nos in partem fortis sanctorum in lumine, q̄  
liberauit nos a potestate tenebrarum, & transstulit  
in regnum filij charitaris suæ. ] ¶ Incrementum